UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

25. De diuisione vestium Christi Lu. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

nec vllam ſcientiam vel eloquentiam humanam, quæ græcè vel latinè conſcripta ē, valere, niſi ad crucifixi gloriā referatur.

Dicunt Pilato Pontifices. Noli ſcribere. Rex Iudæorum: ſed quia dixit. Rex ſum Iudæorū. Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi, ſcripſi. Cōſidera, Iudæos, id eſt, omnes pios & mundanos, qui addicti ſūt voluptatibus huius ſeculi & carnis, non poſſe ferre nomē regni Chriſti crucifixi, ſicut nec crucis; probos autem in ſola cruce cum D. Apoſtolo gloriari, & cū aliquando à dæmone, mūdo, vel carne tentātur, vt crucē ſemel ſuſceptam in baptiſmo, vel religioſæ vitæ ingreſſu deſerant, cum Pilato dicunt. Quod ſcripſi, ſcripſi. Quod voui, ſeruabo. Sicut cepi, perſeuerabo. Si enim Pilatus quod ſemel ſcripſit, mutare non vult, cur tu ꝙ ſemel promiſiſti, mutes?

MEDITATIO XXV.

De veſtium Christi diuiſione. Ioan. 19. Luc. 23. Matt. 27.

MILITES *cum crucifixiſſent* IESVM, *acceperunt veſtimēta eius, & tunicā.* Cōſidera Chriſti paupertatem, habētis pauculas tantum veſtes ad tegendam nuditatem, arcendumq; frigus neceſſarias. Et tu- 1.

T nica

Euthy. nica quidem incõſutilis à matre Dei Chri-
Matth. ſto infantulo fuit contexta, quæ cum e
27. creſcẽte creſcebat, ſicut filiis Iſrahel in de-
Deut. ſerto, vt diſcas omnem ſuperfluitatem ve-
29. ſtium fugere. 2. Conſidera, liberalitatem
Chriſti; corpus dederat, ſanguinem pro-
fuderat, nunc etiam externa bona, id
veſtes tibi donat, nihil præter clauos, ſ
nas, ſputa, & concretũ corpori cruorẽ ſi
ſeruans. Tu ſi perfectus Chriſti imita
eſſe velis, nudus ad nudũ Chriſtũ adu

2. *Et fecerunt quatuor partes, ſorte m*
quam quiſque tolleret. Conſidera, mili
per irriſionem portionem aliquam ve
ſibi ſumpſiſſe, tanquam Regis Iudæo
ornatum: vt tu quoq; vel fimbriam ve
eius ſeriò colligas, hoc eſt, quicquid
ſionem Chriſti quoquo modo attingi
pretio habe, vt ſunt ſacramẽta eius, ve
eius, ſignum crucis. 2. Conſidera, nos cu
militibus veſtes Chriſti diuidere, cum
ter nos non ſatis conuenimus, aut cum a
liis diſcordiæ occaſionem præbemus.

3. *De tunica inconſutili per totum dixer*
ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius
Conſidera, vt per veſtimẽta ſignifican
variæ hominum ſocietates, & particular
Eccleſiæ, quæ poſſunt per hæreſes diui

c per

ſic per tunicam inconſutilem ſignificari Eccleſiam Catholicam Romanam, quæ non poteſt diuidi, ſed vnam tantum fidē retinebit, & eſt, *deſuper contexta per totum*, id eſt, toto orbe diffuſa. Tu caue ne ab hac tunica excidas. 2. conſidera tunicam incō-ſutilem eſſe verum & perfectum amorem in Deum, hic enim veré inconſutilis eſt, & in alios amores diuidi non poteſt. Deus enim ſolus vult amari, non admittit in ſui amore riualem.

MEDITATIO XXVI.

De irriſionibus Chriſti in cruce. Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

T*Ranſeuntes blaſphemabant mouentes capita ſua, & dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſaluū fac temetipſum.* Conſidera, feritatē populi, Principum, & militum, ne in ſummo quidē agone Chriſti ab iniuriis abſtinentiū, & cum peccata non inueniant, etiam beneficia & miracula ei exprobrantiū, vt quod infirmos ſanarit. Contra perpende, quā grauiter hæ blaſphemiæ manſuetum Chriſti cor pupugerint: cum ſoleant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN